

Faust

Aus der Theophiluslegende der Hrotswit¹ von Gandersheim

An der ottonischen „Renaissance“ waren auch etliche Frauen beteiligt: Adelheid, die sehr gebildete zweite Frau Ottos I.; Ottos Nichte Hadwig, die Herzogin von Schwaben; deren Schwester Gerberga, die Äbtissin des ottonischen Hausklosters Gandersheim, welche die Nonne Hrotswit im Lateinischen unterwies.

Der Name Hrotswit setzt sich zusammen aus hrōd, hruod (= Ruhm; vgl. Rud-olf) und swint (niedersächsisch swith, = stark). Hrotswit war eine begabte Dame mit gründlicher Schulbildung. Sie verfasste ein Gedicht über die Gründung des Klosters Gandersheim, ein Epos über die Taten Ottos I. (936 – 973), Legenden und sechs Dramen, die die „unsittlichen“ Dramen des Terenz verdrängen sollten.

Unter den Legenden ist besonders die von Theophilus interessant, weil darin zum ersten Mal die Sage vom Bund eines Menschen mit dem Teufel und seine Rettung behandelt wird, wir also die erste dichterische Darstellung der Motive der späteren Faustsage vor uns haben.

Inhalt:

Theophilus wird wegen seiner Frömmigkeit und seiner Fähigkeiten zum Archidiakon der Kirche zu Antiochia gewählt. Die Wahl zum Bischof lehnt er aus Bescheidenheit ab. Der neu gewählte Bischof entzieht ihm sein Amt. Dieses Unrecht erweckt in ihm die Begierde zu herrschen. Ein jüdischer Zauberer, an den er sich wendet, will ihm helfen, wenn er ihm folgt.

V. 92 - 130

His hic infelix monitis captus male blandis
Daemonis obsequio saevi gestit religari,
Quo sic umbratilis murras meruisset honoris.
Quem non signatum signo sanctae crucis almo,
Sed mage daemonicis confidentem suadelis
Ocius ille magus secum duxit maledictus
Trans urbem sub nocturnis secreto tenebris,
Intulit inque locum multo phantasmate plenum,
In quo tartarei steterant in veste coloni
Alba candelas plures manibus retinentes.
Inter quos medius princeps residebat iniquus,
Qui rex est mortis, proles quoque perditionis,
Suadens damnandis astuta fraude ministris,
Impigre cunctis praetendere calliditatis
Assuetae laqueos, omnes captare paratos.
At magus errantem damnumque sui cupientem
Mox ad concilium perducebat scelerosurn,
Prostratusque sui plantis extimplo magistri,
Monstravit verbo causam, qua venerat illo.
Cui daemon saevus contra sic denique fatus:
,Dic', ait, ,auxilii possim quid ferre fideli
Ablutoque viro Christi baptismatis unda?
Si meus esse cupit, scriptis Christumque negabit
Illiusque puellarem pariter genitricem,
Per cuius partum patior nimiurn grave damnum,

¹ Sprich das h wie ch in „ach“!

Illum continuo virtute mea relevabo
Atque decus talis praestabo patenter honoris,
Praesul ut ipse suis non contradicere iussis
Apponat, cernens omnes illi famulantes,
Qui nunc despectum spernunt, venerarier ipsum.'
His nam blanditiis anguinae calliditatis
Iste miser verbo non contradixerat ullo,
Sed fieri gestit, quae perversus draco suasit,
Proditor atque totum dederat se perditioni.
Sponte dedit proprii chartam scribens detrimenti,
In qua spirituum testatur velle nigrorum
esse sub aeternis sociis per saecula poenis.
Hoc ubi perfecit, passim phantasma recessit,
Ipseque cum pravo gaudento redibat amico.

Aber Theophilus bereut alsbald. Er betet zur heiligen Jungfrau Maria, die ihm mehrmals im Traum erscheint und schließlich durch ihre Fürbitte Gottes Verzeihung erwirkt; zum Zeichen, dass er der Gewalt des Teufels entrissen ist, wird ihm die Vertragsurkunde zurückgegeben.

347 – 382

Certe post triduum rursus veniebat² ad illum,
in visu veniae munus reserans reparatae
et vultu laeto deprompsit talia verba:
„En tis³, vir domini, tristis conpunctio⁴ cordis
est accepta deo patri prolique perenni⁵
atque tuae lacrimae scelerum veniam meruere.
Sed nec tartareis poenis umquam capieris,
si post haec perstare cupis sine fraude fidelis."
Ipse quidem contra mox dicebat prece blanda:
„Certe servabo sacrae fidei documenta⁶
nec post haec ultra male transgredior neglegendo
quicquam de vestris, mea domna piissima⁷, iussis,
te quia post dominum solam conferre medelam⁸
spero, quo poenis pabulum⁹ non tradar amaris.
Sed non est mirum per te me iam fore salvum,
per quam de veteris letali crimine matris¹⁰
omnem dante deo mundum patet esse solutum.
Et quis, te poscens spe non dubiaque requirens,

² Subjekt: die Hl. Jungfrau Maria

³ tis = tui

⁴ conpunctio, conpunctionis f.: Reue (eigtl.: Zerknirschung)

⁵ proles perennis = Christus („der ewige Sohn“)

⁶ documentum, -i n.: Lehre

⁷ piissimus, -a, -um: gnadenreich

⁸ medela, -ae f.: Heilung

⁹ pabulum, -i n.: Beute

¹⁰ mater = Eva

desertus fuerat vel confusus¹¹ remeabat?
Hinc¹² ego criminibus sat supremis vitiatus
suppliciter fontem devota mente perennem,
alma dei genetrix, exoro tuae pietatis,
ut facias cartae¹³ litteras extemplo nefandae,
quis me subiunxi vastatoris¹⁴ dicioni,
eius de manibus miserum me sumere rursum;
hinc¹⁵ animam formido meam quia forte misellam
tempore iudicii multo discrimine laedi,
si nunc praedoni non est abstracta feroci."
His dictis, oculis iterum vigilabat apertis
et se prosternens, precibus crebris quoque deflens,
ieiunando trium cursus agit ergo dierum.
Post haec e somno cum surrexit mane summo,
invenit positam supra sua pectora cartam.
Qua visa membris mox contremuit resolutis
et grates Christo cordis reddebat ab imo
atque puellari pariter Christi genetrici.

¹¹ confusus, -a, -um: enttäuscht

¹² hinc: daher

¹³ carta, ae f.: Pakturkunde

¹⁴ vastator, vastatoris m.: Verwüster = Teufel (vgl. diabolus)

¹⁵ hinc: durch diese Urkunde